rec. 22 sept
15

26/

Illustrissime Domine,

De filio Isaaco plurimum gaudeo, quod sospes Lutetiam
redierit, et sic Excellentiae tuae placeat, ut sponte etiam
in aedes recipere sis dignatus. Satius etiam censeo, ut si molestiae
ea res non adferat, aliquantisper commoretur. Eum domi videbit,
atque audiet, cujus dicta singula habere debet pro oraculis.
Foris etiam summorum virorum notitiam consequetur: bibliothecis
variis fruetur. Utrobique vero erit, unde non modo doctior fiat,
sed etiam prudentior. Amo innocentes Musas: sed neque me fugit,
quantum deceat etiam ei, qui nunquam capesset Rempublicam,
accedat eo, quod rerum civilium non sit penitus imperitus.
Multum laetor, quod eo usque produxeris Annotata Tua in Vetus
Instrumentum. In Novo censeo, non inutiles Excellentiae Tuae
fore (forte jam videris) Variantium Lectionum libellum, qui
in Adversariis Ludovici de La Cerda Hispani caput constituit
XCI. De Blondelli opere ita est, ut scribis. Petierat Doctor
Rivetus, ut id Blaviio commendarem. Primum refugi eo nomine
quod putarem, Episcopis adversari. Dixit, secus esse, mediam insistere
viam: nec Armacano Archiepiscopo displicere. Paucas solum
paginas inspexi. Mea haec sententia est, jam Apostolicis
temporibus in magnis Ecclesiis Episcopus presbyteris praefuisse.
Facile largiar, non fuisse eos, dum Apostoli adhuc contine-
rentur Palaestina, vel cum primum extra eam Ecclesiae
colligerentur. Sed ubi excrevere illae, et Apostolorum numerus
est imminutus, secus censeo. Atque ut verum esset, quod ὁ
πάνυ Salmasius arbitrabatur, demum coepisse circa annum
centesimum, religio fore recedere ab ea gubernandi forma,
quam totius orbis Ecclesiae comprobassent. Niginus non est
mihi notus. Sed vidi literas, quas qui scripserat, aiebat se
ex ore eius audiisse, me superiorem Quadragesimam ex
more Romanae Ecclesiae observasse. Quis ei hoc persuaserit
nescio. Quamquam id verum, privatim me, publiceque multa
dixisse de Quadragesimae antiquitate, et ipsi, vehementer
etiam improbasse, quod nostri homines ne quidem Passio-
nis Dominicae die soleant jejunare. Solide me posse
evincere semper aliud obtinuisse in veteri Ecclesia: nec
tamen laudatum, qui hoc uno nomine turbet Ecclesias
nostras: posse enim quemque domi suae jejunare, cum id
non sit interdictum. De Ignatio filii grata sunt, quae
scribis. Deque valetudine tuenda quod commones, gratias
ago Excellentiae Tuae. Dominae uxori, et liberis, sa-
lutem a me meaque dicito. Amstelodami. CIↃ IↃCXLIII.
VII Id. Sept.

Excellentiae Vestrae
Cultor devotissimus
Ger. Jo. Vossius.

RL 7
62

17185

Illustrissimo et excellen-
tissimo Dom. Hugoni
Grotio, Serenissimae
Reginae, et regni Sue-
ciae ad Christianissimum
Regem legatum.

Lutetiam
Parisiorum.

AUTOGRAPHE

de

Vossius

Gerhard Johann

OBSERVATIONS

L.a.s. 1 p.fol., Amstelodami, 7. September 1643,/Lat./, mit eigh. Adresse an Hugo Grotius in Paris , und Siegel. /Unbedeutende schadhafte Stelle an der Adresseite ausgebessert. Sehr interessanter lateinischer Brief an den damals als schwedischer Gesandter am französischen Hofe weilenden berühmten Historiker. Vossius freut sich, dass Grotius seinen Sohn Isaac, den später berühmt gewordenen Philologen / 1618 - 89 / würdig befunden hat, ihn in sein Haus aufzunehmen und hofft, dass er dort einige Zeit wird bleiben können. Spricht dann über literarische Angelegenheiten und macht Grotius auf eine Schrift über ein Buch des spanischen Theologen und Historikers Lud. de la Cerda, wol über dessen ,,Adversaria sacra´´ aufmerksam und spricht dann ausführlich über ein kirchengeschichtliches Werk des David Blondel, des reformierten Theologen und Historikers, der nach Fossius´ Tode dessen Nachfolger als Professor der Geschichte in Amsterdam wurde.

1./

V o s s i u s, /Voss/, Gerhard, Johann. Folgweise Rector d. Schule zu Dortrecht/1600, Direct. d. teolog. Colleg. Leyden/1614/Prof. d. Beredsamkeit u. Chronologie an d. Univ. daselbst/1620/, dabei auch Canonicus von Canterbury u. seit 1633 Prof. d. Geschichte am Gymn. zu Amsterdam/B/J/Ni, XIII,/SL/.

geb. 1577, bei Heidelbergm

gest. 1649, März. 27, Amsterdam.

De universa matheseos natura et constitutione liber, qui subjungitur chronologie mathematicorum, 4°, Amstelod. 1650. -Seine Opera /6 Vol. fol. Ib. 1695-1701/meist histor. grammatical. usw. Inhalts.